

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Amicitia au
cum fonte primo

Amicitia res plurimas continet;
quocumque te uerteris, presto est;
nullo loco excluditur;
nunquam intempestiua,
nunquam molesta est.
Itaque non aqua, non igne, locis
pluribus indigemus quam amicitia.

Nam et secundas res splendidiores
facit et aduersas parciens
communicansque leuiores.

Tullius ibidem (de amicitia).

Amicitia res plurimas continet,
quoquo te uerteris praesto est,
nullo loco excluditur,
numquam intempestiua,
numquam molesta est.
Itaque non aqua, non igni, ut aiunt, locis
pluribus utimur quam amicitia
(neque ego nunc de vulgari aut de mediocri,
quae tamen ipsa et delectat et prodest,
sed de vera et perfecta loquor,
qualis eorum qui pauci nominantur fuit);
nam et secundas res splendidiores
facit amicitia, et aduersas partiens
communicansque leuiores.

Marcus Tullius Cicero, *Laelius de amicitia*,
22 (J.G.F. Powell ed., p.329, ll.15-24).